

proversiarum, unde hoc iterum volui tibi indicata, ut ostendere possis quibusdam, si ponant contentiones non deesse viam, qua concordia pareatur Ecclesie, atque istis anathematignis, exhibitionibus atque fulminationibus nihil proficitur. Interea tamen deus suos non relinquit: porro de statu Ecclesie Basilicum Rumor cuncta nunciat, tametsi plerique vanis, et una re gloriamur ablatam discordem Christi predicationem et quod Magistratus totus in hoc est, ut iuxta verbum Christi quam purissime. sua plebs vivat, quicquid aliter agantur. certe non est illis integrum expectari generale illud concilium, ut interim conniveant ad plurimorum impietatem, laborant item ut gymnasium instaurent, literasque bonam pietate plantentur. Vale. Basilea pridie calendis Aprilis 1529. Escalampadij.

J. B. Pomeranus.
 J. Martino Luthero

Gratiam dei per Christum. Jam ter scripsi ad te mihi pater precor autem ut omnes ad me per hunc tabellionem scribatis, quicquid quid velit mea referre, ut sciam. Populo hic jam ad summam redit concordiam. Ordinalis mea antehac senatui oblata, hodie offeretur populo, ut videatur, si quid in ea hic incommodum forte visum fuerit, ~~quibusdam non videtur consultum~~ postea edetur. Vos non definite orare pro nobis, nos hic et privatim et publice pro vobis oramus et pro pace Germaniae. de professione, in Frisiam consulite quid vobis visum fuerit, quibusdam non videtur consultum, ut illo abeam; sepi autem per literas et tractatus missos ren agere, et si comes urserit, curabo ut, si fieri possit, per alios contentiosum negotium agatur. Agnosco plus satis temporis mei jam transisse, et comes prius ad comitia principum vult abire. Cupio vos videre, invicta necessitas Evangelii adhuc me hic continet

59/
 Gedruckt in
 Frankfurt
 Traublingg. n.
 vltm. in
 Hol. Pöfner
 1745 N. 316

fiduciat
 in Wismar
 Luthers Briefe, bid.
 S. 33.
 [Original in
 Hamburg
 548].

continet. Indatum est, sed Christo gratia, non frustra
perficiet autem Christus suam hinc opus quam primum
uxor mea jamjam expectat ut pariat, faciat deus
ut feliciter. Salutate Innum meam Prefectum Innum
Hogenbiff, Benedictum Paulum, D. Augustum D. Stach-
mannum, Christianum aurifabrum, Lucam picto-
rem etc. cum eorum uxoribus excepta Prefecti uxore.
Salutate uxores vestras et familias et filios etc. Innum
noster Jesus Christus conservet omnes vos. Ex Hambur-
go M. D. XXIX. altera post. latere.
Tanta molis erat etc. J. B. Pomeranus
Sed mulier cum parit etc. vester
non loquor de uxore mea.

Gratia Christo
coram dicemus. Inscriptis.
Doctissimis et optimis viris D. Mart. Luthero,
Doct. Justo Jone, Magistro Philippo, et verbi
Diaconis Dominis et fratribus suis
Wittenbergae.

60.
Historia
Illenii Miro-
riti

Doct. Martino Luthero Friderico Niconio
Gratiam et pacem per Christum a Deo patre nostro. Ut
aliquando Reverende mi D. Luthere, suis jussis, uti debeo,
obtemperem, et me exspectam debito, mitto ad Joannem Illenii
minorita historiam, non quidem totam, sed minutas quaedam
particulas, quantulas ex vetulij Monachis et scriptoribus
illius reliquiis laceris excipari et corrideri licuit. Ex omnibus
vero monumentis et libris illis (quorum fuit ingens copia
et haud dubie adhuc aliqui a Monachis, qui illos olim ocula-
sarunt, dum perdescent, servantur :) non nisi hoc fragmen-
ta nancisci potui, et id certe non sine magna diligentia
et arte. Miris enim studio Monachi isti hujus et aliorum
Christi martyrii sanguinem et monumenta obstruant
et occultant, ne de hac terra clamet ad Dominum. Sed
frustra sanant hanc operam, cum jamjam ventura
sit, qui omnem omnium justorum sanguinem, qui effu-
sus est super terram ab impijs requisiturus est. Fuit Illenii
ille